Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

duxisse Iunonē Venere et Minerua ut inter
eas de specie iudicaret | Et tunc sibi Venerem
pollicitam esse: si suam speciem meliorem harum
specie iudicasset . daturam se ei uxore que in
grecia speciosior forma videret / Unde cum ita
audisset optima facie venere dicit iudicasse /
Postea helena regis Menelai uxore rapuit : q̄d
extremum excidium troianis fuit | hoc bellum
decennale disertissime conscribunt Dares frigius
et dictes cretensis | qui in clade Troianorum
presentes | locorum nomina et gestorum lucidissime
omnia noverunt | Et ad rerum Troianorum cognitionem
nichil brevius nil clarius et tersius reperiri pote-
rit | fuit enim capta Troia anno labdon Iudicis
Israhel ante urbem condita . Anno . 430 .

De bello grecorum contra Troianos et destructione troye

Orosius dicit anno ante urbem conditam
cccc xxx pro raptu helene fuisse facta
coniuratam grecorum : et congressa mille navium
extitisse : et deinde obsidionem decennem | Dares fri-
gius dares qui scripsit hanc hystoria dicit / contra
que duces grecorum contra troyam fuerunt xlvij qui
adduxerunt naves mille ducentas duas ¶ Pria-
mo vero regi troye venerunt in auxilium
duces xxxiij ¶ Summa autem belli Troyani
ex hystoria Daretis quam transtulit cornelius
ista est ¶ Castor et pollux audientes hele-
nam pulcherrimam uxorem menelai fratris
agamenonis raptam fuisse ab alexandro seu pa-
ride : Naue ascendentes secuti sunt eam | et cum
in lesbio littore navem solverent , maxima tem-
pestate orta , nunquam comparuerunt | Quos lesbi
usque ad troyam quesierunt et non invenientes credi-
derunt immortales deos factos | Convenerunt igitur
apud athenas grecorum duces xlvij cum navibus
mille ducentis duabus | Missi que sunt primo
legati dyomedes et ulixes ad priamum ut satis-
ficeret iniurie : Infecto que negotio pugnatum est
inter eos ¶ Et in primo bello hector priami
filius Protesilaum interfecit ¶ In secundo bello
patroclum et minorem et aiacem thelamonium
occidisset : nisi eum de sanguine suo cognovisset
Erat enim natus de Esiona sorore priami ¶ Pri-
me indutie date sunt grecis petentibus per bien-
nium ¶ In tercio prelio hector boethen Archi-
locum et prothenorem duces occidit ¶ In quarto pre-
lio Alexander menelai femur sagitta trans-
fixit ¶ In quinto bello hector vij fortissimos
duces occidit | Eneas duos | Achilles iiij . Dy-
omedes duos | ¶ In sexto bello continuis diebus
lxxx diebus pugnatum est | Greci secundas
petunt indutias in triennium , quo completo iterum
pugnatur : / hector in prima acie interfecit iiij
duces fortissimos | Achilles qui erat ex parte
grecorum occidit duos / de parte troyanorum Pug-
natur diebus xxx | Priamus tercias petit indu-
tias vj mensibus ¶ Iterum agamenon qui ex
parte erat grecorum petit quartas indutias dierum
xxx ¶ In nono bello voluit andromita uxor
hectoris ipsum hectorem retinere | quia in sompnis
viderat ei non expedire ut prodiret in bellum

quod cum facere non posset : duxit andromaca filium suum ad
pedes eius posuit : sed nec sic eum retinuit ¶ hector
igitur in bellum prodiens tres duces fortissimos
occidit | duos vulnerat : et tandem Achillem a quo
tandem occiditur : / Greci quintas petunt indutias
duorum mensium ¶ Post bellum decimum greci
sextas petunt indutias per annum ¶ In bello xj.o
Palamides qui rex pro romorum factus fuerat occiditur /
¶ In bello xij troylus multos occidit ¶ In xiij
prelio pugnatur continuis diebus vij Agame-
non septimas petit indutias xxx dierum ¶
In bello xviij troylus Achillem sauciat et pug-
natur continuis diebus vij ¶ In bello xix troylus
ex equo cadens ab Achille occiditur ¶ In xx.mo
bello cadit memnon dux persarum ¶ Priamus de-
cimas petit indutias dierum xxx ¶ In bello
xxj Alexander occidit Achillem in phano ap-
pollinis : ubi eum ad colloquium vocaverat concordiam
simulans | Greci igitur petunt undecimas
indutias ¶ In xxij bello alexander aiacem
sauciat : et aiax sauciatus alexandrum interficit
et de vulnere statim moritur ¶ In bello xxiij
et xxiiij panthassilea regina amazonum
viriliter neoptholemum Achillis filium sauciat :
a quo tandem ipsa occiditur / Anthenor | polidamas
et Eneas dicunt priamo ut faciat pacem : quo no-
lente patriam produnt

Capta igitur troya : agamenon predam
omnem equaliter divisit : Ita quod pugna-
tum est ad troyam annis x mensibus viij : diebus
xij : Et ut refert dares frigius : ceciderunt ex argi-
vis octingenta et septuaginta milia | Ex troy-
anis autem sexcenta septuaginta sex milia
hominum usque ad oppidum proditum | Eo autem prodito
occisa sunt ex troyanis ducenta septuaginta
sex milia | Eneas navibus profectus est | cum
quibus Alexander greciam ierat numero xxij
quem secuti est numerus tercium milium quingentorum
hominum ex troyanis : Anthenorem secuti sunt duo
milia quingenti | Elemeaque cum cassandra et an-
dromita et ecuba uxore priami cum mille sep-
tingentis remansit . Menelaum et he-
lenam uxorem eius (dicit homerus) ad thonixem
regem egypti que polipia vocat post captam
troyam divertisse

Cum uideam innumeros scriptores de
Troianorum clade premisse / et eo locorum no-
minum et gestorum cum lectores devenerint / propter
historie ignorantiam aspernare , sepe etiam audere
Quam ob rem ad historias Troiane cladis quas
Dares phrigius / et dictes Cretensis vere
discriptam conscripserunt / remitto , Cum primus prius ipse
ceperit et militavit / Alter idomeneum cretensium
ducem secutus interfuit Et quantum ad Troianorum
rerum cognitionem attinet nihil brevius / nihil utilius
nihil etiam clarius et tersius liceat reperire Qui res
gestas tanta diligentia / tantaque cura / atque in
diversis temporibus / nominibus / locis et sic demum com-
pare omnia discripserunt / ut res non narrari / sed geri / non
describi / sed rursus tractari et ipsi bello interesse
legentibus videatur : —